fragmentarium

a. Ioseph fili dauid noli timere accipere Mariam coniugem tuam quod enim in ea natum est de spiritu sancto est. a e u i a.

Ds qui nos redemptionis nostre annua expectatione letificas presta ut unigenitum tuum quem redemptorem leti suscipimus uenientem quoque iudicem securi uideamus. Dominum nostrum. Ad i. a. Antequam conuenirent inuenta est Maria habens in utero de spiritu sancto. a e u i a. iii

a. Rex pacificus magnificatus est cuius uultus desiderat uniuersa terra. Cap. Pro pter syon. R. Hodie scietis quia ueniet dominus. V. Et mane uidebitis gloriam eius.

V. Crastina die delebitur iniquitas terre. et r. s. n.

D s qui nos redemptionis. Ad vi.

a. Magnificatus est rex pacificus super omnes reges uniuerse terre. Cap. Videbunt gentes iustum tuum. et cuncti reges inclytum tuum. et uocabitur tibi nomen nouum. quod os domini nominauit.

R. Crastina die delebitur iniquitas terre.

V. Et regnabit super nos saluator mundi.

V. Hodie scietis. quia ueniet dominus. et m. u. g. e.

D a nobis quesumus omnipotens deus. ut sicut adoranda filii tui natalicia preuenimus. sic eius munera capiamus sem

Orietur sicut sol saluator mundi et descendet in uterum uirginis sicut ymber super gramen. a e u i a. Gaude et laudate simul deserta ierusalem. quia consolatus est dominus populum suum. et uidebunt omnes fines terre salutare dei. R. Vobis qui timueritis dominum. V. Orietur sol iustitie. V. Crastina erit uobis salus. dicit dominus deus exercituum.

Presta quesumus omnipotens deus ut ad suscipiendum filii tui singulare mysterium. et mentes credentium preparentur. et incredentium corda subdantur. Per. Ad uesp. sup

a. Scitote quia prope est regnum dei amen dico uobis quia non tardabit. Ps. Laudate pueri. a. Leuate capita uestra ecce appropinquabit redemptio uestra. Ps. Laudate nomen. a. Dum ortus fuerit sol de celo uidebitis regem regum procedentem a patre tanquam sponsum de thalamo suo. Ps. Lauda anima m. a. Bethl(eem) non es m. Ps. Laudate dominum quoniam b. a. Consummati sunt dies Marie ut pareret filium suum primogenitum. Ps. Lauda ierusalem. Ca

Paulus seruus Christi Ihesu uocatus apostolus segregatus in euangelium dei

License: cc-by-nc – Frauenfeld, Kantonsbibliothek Thurgau, X 282, back leaf – Noted Breviary
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-cprz/10898/78848)